



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1675. usque ad annum 1681

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119207

§. 96. Tornacensis Synodi decreta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67305)

cuniaris, sed monitis & munusculis Sæc. XVII.
 alliciant, & per seipsos concionentur, A. C. 1678.
 ac catechisent, & Dominica Passionis
 præceptum de annua Confessione &
 SS. Communione promulgent, ac de-
 clarent, licere confiteri Regularibus,
 eos teneri tamen testimonium factæ
 confessionis exhibere: Præcepit deni-
 que Parochis, ne ullam mentionem fa-
 ciant stipendii, quando Sacramenta
 quovis tempore præcipue apud infir-
 mos administrant: nec etiam invitis
 aut insciis Parentibus ullos jungant,
 vel aliis Sedes in Templo vendant.
 Præscripsit quoque taxam eorum, quæ
 Parochus ob laborem functionum Pa-
 rochialium petere possit.

§. XCVI.

Tornacensis Synodi Decreta.

Pari Pastoralis vigilantie studio ani- Concil. Ger-
 matus Gilbertus Choiseulius Torna- man. tom. 10.
 censis Episcopus die vigesima sexta pag. 85.
 Aprilis hoc anno suam celebravit Sy-
 nodum atque inter alia prohibuit, ne
 quis testamentum faciat cum expressa
 prohibitione, ne ejusmodi testamenti
 cognitio ad Judicem Ecclesiasticum
 spectet: statuit etiam, ut si quidam ab
 exiguo tempore in Parochia existentes
 matrimonium contrahere volunt, si

Y 2

non-

Sæc. XVII. nondum per integrum annum in hac
A. C. 1678. Parochia commorati sunt, proclama-
tiones fiant in Parochia ultimi domi-
cilli, quod habuerunt intra eundem
annum.

§. XCVII.

*Diœcesanæ Synodi Monasteriensis
statuta.*

Quamvis sæpe laudatus Bernardus de
Gallen Monasteriensis Episcopus
mortem sibi vicinam præsentiret, ad-
huc tamen hoc anno die vigesima se-
cunda Martii pro more Pastoralium
Epistolam ad suum Clerum ac gregem
edidit, in qua præter alia commenda-
vit, ut Neo- communicantes satis in-
structi separatim ab aliis ad S. Synaxin
accedant, recitatisque ex ambone eo-
rum nominibus publica pro illis fieret
oratio. Defuncto autem hoc Episcopo
ejus Successor Ferdinandus Fürstenber-
gius Apostolici zeli hæres die undeci-
ma Octobris pariter Synodum convo-
cavit, in qua Pontificiæ confirmatio-
nis suæ Bullam Clero suo intimavit,
cunctosque ad reverentiam, obedien-
tiam Episcopo debitam, & in prioribus
Synodis decretorum observantiam se-
dulo inculcavit, nihil vero a prioribus
diversum decrevit.

§. XCVIII.